

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne/ Iuris Doct. & Prof. Cives
Academicos omnes & singulos ad festum Sanctorum Angelorum rite
peragendum hortatur & invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734608748>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1637

- 1) Johann Auistorp
2) " Ratne
3) Heinrich Ratne
4) " Kleinschmid
5) Johann Kleinschmid



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734608748/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734608748/phys_0002)

DFG

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HENRICUS Rahne
Juris Doct. & Prof.
Cives Academicos omnes & singulos
ad festum

SANCTO-
RUM ANGE-
LORUM
ritè peragendum hortatur & invitat.



ROSTOCHI,
Expressit NICOLAUS KILIUS, Acad. Typog.

ANNO MDCXXXVII.



RECTOR
Academie Rostochiensis
HENRICVS Rahne
J. D. & Prof.

Dodiernus dies sacer est sanctis Angelis,
non ut eos superstitione adoremus, & eodem,
quem DEO debemus, cultu veneremur; sed ut
in memoriam nobis revocemus beneficia, quibus
nos Pater cœlestis per angelos bonos clementissime
afficit, utq. gratâ & piâ mente considere-
mus providam illam Creatoris curam & infinitam potentiam,
quâ à malorum angelorum furoribus & nocendi artibus
nos quotidiè defendit. Prius enim uti idolatriam præ se fert &
S. scriptura non convenit, quâ teste Angelus nolebat adorari à
Johanne, sed eum venerandi gratia procumbentem jussit absti-
nere & Deum venerari, Apoc. ult. v. 8. & 9. Sic posterius est
laudabile, christianum, justum, & decens. Non autem quenquam
puto tam rudem esse tamq. hospitē in sacro dogmate, qui nesciat,
Spiritus primū omnes fuisse creatos bonos, & ornatos sapientia,
justitia & libertate voluntatis; sed magnum eorum partem de-
fecisse à DEO suo conditore, & ideo tam illis, quæ jam jam dixi, or-
nementis privatos, quam in eternam damnationem precipitos
esse. Diabolus, h.e. calumniator, inquit Johan. cap. 8. v. 44. in
veritate non stetit. Et Petrus in Epist. 2. c. 2. v. 4. Deus angelis
peccantibus non pepercit, sed infernalibus eos tradidit vinealis ad
judi-

judiciū reservandos. Idem exprimit Judas v. 6. scribens: angelos, qui non retinuerunt suam originem, sed suum domicilium reliquerunt ad judicium magni DEI perpetuis catenis sub caligine asservavit. Cum itaq; ex bonis malis, imo pessimi facti sint, nil nisi malum amplectuntur, & ed, quicquid virium habent, referunt, ut homines à DEO avertant, ad maleficia impellant, vanitatibus hujus mundi quasi dulci veneno inescerent, laqueis voluptatum irritiant, & deniq; in gehennam secum trahant. Quod si hic vellem enarrare quibus fraudibus, quibus technis, quibus dolis & artibus Diabolus, qui etiam homicida & mendax Joh. 8. item hujus seculi Deus i. ad Corin. 4. appellatur, miseros nos mortales seducere tentet, prius me dies, quam dicendi materia deficeret. Satis superg; id ostendit lapsus protoplastorum nostrorum, quos Deus ad imaginem suam & ad immortalitatem creavit, Diabolus vero mortis, & quidem sempiterna inuidia & fallacij suis subjecit, Sap. 2. v. 22. Petrus quoq; Apostolus idipsum paucis, at gravissimis verbis describit, quando ait in Epist. sua priori cap. 5. v. 8. adversarius vester Diabolus ut leo rugiens circumvit, querens quem deverbret. Et ipse Christus suo exemplo docet Matth. 4. neminem esse tam sanctum & sapientem, quem non aggredi; neminem tam validum & magnū, cui non insidias struere audeat Satanus. Non possum non recensere historiam, quam superiori seculo contigisse scribit Manlius, vir pius & doctus. Quidam, inquit, pretioso vestitu indutus cum fidicine & tibicine prope Rotenburgum ad Tuberam probi viri ades sapius accessit, & in eis convivia & choreas instituit prætextu ducenti honestam illius patris-familias filiam. Affirmavit se esse nobili stirpe natum, atq; affluentem omnium rerum copiam, adeoq; nihil sibi deesse, quod in hoc mundo ab ullo homine desiderari posset, nisi uxore excellentibus moribus præditā. Dispicuit Patrifam, hospitis impudenter & importunitas, ideoq; ipsi filiam, quod esset ignobilis, uxorem despondere recusavit, ac redire prohibuit. At ille aliquoties cum suis duobus sociis circa vesperā egreditur.

gīe vestitus rediit, & postulatum ursit. Postremo dolum olfaciens paternam, invitavit ad se illius loci verbi divini ministram, cumq; eo, præsente peregrino hospite, de variis sacra scripture locis contulit: hoc colloquium hospes ejusq; sodales aggreferentes dixerunt, esse multas alias facetias & sales, quibus conviva potius, quam sacri dogmatis interpretatione exhilarari possent, rogareq; ne ejusmodi sermonibus sibi molesti essent. Ad quaꝝ paternam, facessire hinc nebulones, insidiatores nostra vita, nec quicquam, negotiū mecum neg, cum meis habete, qui sumus baptizati & redempti pretioso sanguine Domini nostri Iesu Christi. Postquam hec dixerat, nequam ille cum comitibus suis magno strepitu, relinquentis post se intolerabilem factorem, & triam hominum suspensorum cada vera in hypocastu evanuit. Ecce audaciam! ecce astutiam Diaboli inimici nostri! quā singulis momentis nos fallere & superare poterit, nisi secundum Petri monitum vigilemus, sobrij simus, & fide firmi ipsi resistamus. Si quis autem dubitet, an mali sint spiritus, intueatur saltēm hodierni seculi nequitiam, scelerā, latrocinia, rapinas, homicidia, & id genus alia, tum sanè deprehendet hec omnia à prævirate & malitia Diaboli oriri, cuius canta peccandi libido est, ut ipso peccato delectetur, etiam si nihil commodi inde speret, siquidem emperie peragaria ipsi dulcissimum est opsonium. Qui ergo, ut hunc locum de pravis spiritibus concludam, adhuc sententiam de Diabolo fieri am & commentitiam derident, illos tandem aliquando ipsa experientia aliud docebit. Quemadmodum enim Aristot. venustè inquit: nolentē assenire quod ignis sic calidus, coniiciendum esse in ignem, donec vim flammarum cum dolore & cruciatu sentias: sic illos Epicuri degrege porcos sinamus Sardonum ridere risum, & Sathanam, contemnere tantisper, donec ab eo comprehensi animadverteant Diabulos esse haud falso perhiberi. Nos, qui ex sacra & prophana historia scimus, & malos & bonos esse angelos; illos nostros & omnium piorum hostes & persecutores, hos ministros, amicos, & defensores, jure merito hodie & omni tempore agimus gratias

gratias Debemus opt. max. singulares, pro beneficio illo ingenti,
quod nobis per angelos suos praestat; eundemque rogamus, & vera
pietate invocamus, ut etiam imposterum excubii sanctorum spiritu-
tum Ecclesiam suam & nos ejus membra inter calamitatum
periculorumque procellas misere fluctuantia protegat, atque defen-
dat. Quis quoque tam alienus a vero, tam ferus, tam immanis est,
qui, cum animo colligat tristissimos communis nostra pectus casus,
& tragicas horum temporum arumnas, fingat se vel casu, vel hu-
mane tantum ope servatum esse, & non potius affirmet, cum se
tum omnes quotquot salvi ac incolumes etiamnum sunt, singulare
Dei patrocinium, per angelos exhibitum praedicare & posse &
debere? Illi enim soli acceptum referendum est, quod hactenus
non sumus consumpti: ille est, qui in hunc usque diem nostri salutis
sapientissime consuluit; qui angelorum praesidio nos inter tot pa-
vores, & difficultates, qua nostris cervicibus cumulatim impen-
derunt, sicut Lothi familiam in Sodoma interitu, & tres viros in
fornace Babylonica mirabiliter conservavit. Hac si gratia me-
te agnoverimus, si ipsum & angelos bonos boni & probi dilexe-
rimus, imposterum etiam nobis aderit, opem & auxilium
feret, suisque mandabit spiritibus, ut nos in omnibus viis tucantur,
& manibus sustineant, ne pedes ad lapidem offendamus, secundum
Psal. 91. v. 11. & 12. Et cur angelos quoque non diligamus? qui vel
de uno peccatore penitentiam agentem mirificè latantur, & sibi in-
vicem quasi gratulantur eum ad frugem pervenisse, Luc. 15. v. 10.
Qui sunt administratori spiritus in ministerium missi propter eos,
qui salutem adepturi sunt, Heb. 1. v. ult. qui nostri causâ nec vilissi-
mas operas defugiunt: qui sive respiciamus Oeconomiam, sive
Ecclesiâ, sive Politiam, magnâ sollicitudine nos propugnant, custo-
diunt, & tegunt, qui nobis dormientibus, cum mortuis similes vide-
mur, astant, & diabolorum hostilem impressionem frangunt ac de-
bilitant, in quorum denique creatione præter omnipotentiâ, summa
elucet Dei charitas, & misericordia infinita. Negamus enim satis

visum fuit clementissimo patri omnes creaturas corporeas no-
stro usui nostræ utilitati commodasse, & ut Psal. 8. v. 7 loquitur,
omnia pedibus nostris subjecisse: nisi insuper etiam substantias spirituales nostris commodis atq; tutelis destinaret. Creati
quippe sunt non modo ad gloriam D E I, ad quam omnia confe-
renda sunt; sed ad nostram quoq; utilitatem. Facti sunt, non quod
sine illis Creator, cuius perfectio est immensa, & potentia infinita,
haud posset gubernare omnia, sed ut nos majorē ipsius benignitatē
experiremur, & eo libentius ei inserviremus, eumq; laudandi ma-
teriam facilius caperemus. O Charitas! O misericordia, in ob-
sequium pulveris mittere sublimes spiritus, infamulatum viato-
rus, qui peccator est impurus, mittere beatos & puros angelos! Ma-
gnum utiq; signum foret clementia, si præpotens Imperator ad ve-
nienti cuidam hospiti quosdam suorum satellitum quamvis digni-
tate minores vel pares servitum prestare juberet. Longè verò
majoris benevolentiae argumentum esset, si majores, nobiliores, &
digniores sue curie ministros hospiti minus digno ad nutum stare
compelleret. Quantum igitur est & quam mirandum, quod
rex universorum & dominus dominantium nobis creaturis indi-
gnis non modo inferiores aut pares, sed sanctos sui palatij incolas
defensores & custodes deputarit, cœlestes scil. Spiritus longè nos
excellentes & naturâ & statu. Siquidem illi spirituales sunt;
nos corporei: illi incorruptibles & perpetui; nos mortales &
caduci: illi beati & cœli cives; nos verò miseri & viatores: illi re
ipsâ possident, quod nos spe certâ exspectamus. Angelorum verò
ministerium eo majus nobis apparebit, quo penitus inspiciemus
hostium naturam, cum quibus nobis in hac vita certandum est, &
qui nos facile vincerent, nisi illorum auxilio juvaremur & quasi
firmissimo muro circumdaremur, intus namq; nos impugnat caro,
quam, dum vivimus, non possumus deponere. Foris blanditiis &
erroribus nos invadit mundus. Utrobiq; mille modis fallendi &
nocendi insidiatur Diabolus. Nobis, inquit Paul. ad Ephes. 6.

v. 12.

v. 12. non lucta est adversus sanguinem & carnem, sed adversus Principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, adversus Spiritus militia, qui sunt in cœlestibus. Inter hos profecto hostes vita mortalium nunquam esset tuta, nisi angelicâ potestate depellerentur & prohiberentur mala, que minantur. Verum non una est causa, quæ angelos pro nostra infirmitate tam sollicitos reddit. Triplex, ait Bernhardus, unus est, quo de excelso cœlorum habitaculo charitas angelorum aterabitur. Primo enim nobis præstò sunt propter Deum, cuius tantam erga nos misericordiam ipsi imitantur. Et quid mirum, si Spiritus illi nobis famulari cupiant? cum ipse Christus, angelorum rex, non venerit ut sibi servirerur, sed ut serviret ipse, animamq; suam daret pro multis. Matth. 20. v. 28. Deinde nobis invigilant, ut gaudere nostrâ salute possint, ut augeatur regnum aeterni illius gubernatoris, cuius faciem semper vident. Matth. 18. v. 10. & ut eò plures aliquando in vita aeterna sibi habeant similes, cum quibus Deum laudare & celebrare queant. Nam p̄ij in resurrectione erunt sicut angelii Dei in cœlis, Matth. 22. v. 30. Tertio angeli nobis præsidio sunt, propter nos, quorum sortem duram, arum nosam & multis discriminibus obnoxiam miserantur. Constat enim, ait iterum Bernhard. animas humanas angelicas cognatas esse naturæ: quia utraq; natura & angelorum & animarum ad imaginem Dei formatæ est, utraq; rationis particeps, utraq; beatitudinis capax. Non ergo deditantur secundum legis præceptū proximos amare, & ut salvi atq; incolumes sint, eniti: neq; inepte proximi dicuntur, qui ad eandem beatitudinem quā ipsi nunc fruuntur, sunt creati. Ut autem angelorum frequentia, consortio, & amicitia dignos nos reddamus, magna opus est cura, magna solertia. Caveamus ea, quæ illos offendunt; fugiamus vitia, & voluptates. Quemadmodum enim apes sumum tolerare non possunt; ita angelii omnem spurciciem oderunt ac detestantur. Faciamus ea, quibus novimus angelos bonos oblectari: hec sunt sobrietas, caritatis

stas, pietas, pax, veritas, preces, & charitas. Quocirca sumus
temperantes, modesti, casti, pi, pacifici, veraces, inaequiter ore-
mus, & nos in vicem verè diligamus. Vitemus opera carnis, &
ambulemus in spiritu. Aspernemur libertatem carnis, quæ servitus
est, & obediamus Deo, cui servire regnare est. Veterum sapientū
quispiā dixie: o homo, noli peccare, Deus videt, angelus astat, mors
minatur, Diabolus accusat, conscientia mordet, infernus cruciat.
Aurei hujus moniti memores semper cogitemus, nos vivere in con-
spectu non tantum hominū, sed ipsius filij Dei, & angelorum. Hi as-
sident nobis, nobiscū ambulant, & servant nos, quamdiu male vi-
vendo nō abiguntur. Si quispiā forsitan cōstitutus est in cōspectu viri
alicujus gravis & honorati, cāvet, quantum potest, ne delinquat:
quanto magis nos avocari patiamur à peccandi consuetudine,
Dei & angelorum presentiā. Repudiemus terrena, fugacia, ac
falsa gaudia, & queramus loca, in quibus cum angelis sociis nostris
aliquando gaudere cupimus. Deponamus venenosum & longis la-
chrymis diluendum amorem eorum, quæ mundus continet, & ceu
speciosa nobis proponit, liceat nihil nisi mere sint vanitates. Quod
nisi fiat, minimè dulcescent nobis cœlestia, neq; sanctis angelis no-
stra conversatio erit grata & accepta. Assimilemus nos illis in
itinere & via lubrica, quorum olim familiaritate perpetuâ frui in
patria volumus. Ita per hec temporalia curramus, ut post hāc mi-
seriā cum tot angelorum millibus ante faciem summi patris con-
jungamur, eundemq; perpetuis laudibus cantemus & celebremus.
Hic enim finis noster est, hic terminus, hic meta, ad quam nos non
tantū collimare, sed & pervenire sinat angelorū Praeses & Do-
minus per filium suum, salvatorem nostrum Jesum Christum, cum
quo in unitate Spiritus sancti vivit & regnat in infinita secu-
lorum secula. P.P. Rostochi 29. Septemb.

anno C I D I 150 XXXVII.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734608748/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734608748/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734608748/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734608748/phys_0012)

DFG

hominum, sed propter exuberantem
diam, qui, quos considerat, perire no-
autem nisi hic puer, ut sol quidam cœ-
tus, dispelleret tenebras ignorantiae
peccatorum caliginem, ac frigida co-
igni accenderet. Facebamus in tem-
pus ad illum oculos attollere. Ille
suisq; radijs in animos nostros immi-
salutifer illuxit nobis, qui prius in tene-
ac desperatione salutis, velut in umbr-
inus idololatrijs excæcati, mundans
obtenebrati, currebamus ab impietate
palpitantes in densissima caligine, præ-
plectentes terrena, pro veris umbra-
bus carnalia, pro salutiferis pestifero-
sima desperationis nocte exortus es-
tus, ut animi nostri pedes dirigat in
cam, qua eſt via pacis, qua per fidem
humana diuinis conciliat, orbis natu-
minis, in unius fidei Professionem, c-
nique sedatis tumultuosis affectibus
hominem concilians sibi. Hæc ergo
qua nos his diebus occupare debent, e-
corda nostra præparare. Exornare
cipiendum hospitem puerum recens
in cunis jacentem, si hostibus nostri
ctoriam, (quod olim de puero Mace-

